

a/iob. c.

Wormacia

Wormacia

civium est receptus frequenter in periculo
pro viribus ecclesie constitutus. Sed
vir generosus divina gracia roboratus
velut alter Ionathas cuius clipeus nun-
quam declinavit in bello, Job, paciencia
et Salomonis sapientia ac armorum ex-
perientia suffultus in brevi omnia sua
iura simul et alienata recuperavit. Nam
coram imperiali maiestate quotquot erant
occupatores iurum et honorum ecclesie
citari fecit et proscribi, donec quod
voluit feliciter obtinuit. Hiis peractis
statim aulam iusticiariorum Wormacie
reparavit et in omnibus castris edificavit,
destructa vel inveterata reparando aut
nova sumptuosa addendo. Unde et in-
signia sua sive arma, que sunt Leo
congrue ipsum representant, ut signum
suum signatum, eo quod tamquam
leo imperterritus in inimicos ecclesie est
aggressus, quasdam quidem nobiles de
Fleirsheim, quorum castram cepit Brei-
thenstein, quod adhuc vere dicitur ab
omnibus inexpugnabilem. Dicta etiam Ha-
rolo imperatori manu forti contra socie-
tates Anglicorum et Britonum anno
Domini 1365 Alsaciam intrancium
viriliter assistebat, non immemor
beneficii sibi impensi. Sic ergo non
immerito ad magnam et mobilem ecclesiam
Metensem est translatus, quia in parva
Wormacia fidelis est inventus, Evan-
gelica sententia restante: Euge serve
hone et fidelis etc.

Cumque Meti^a in crastino omnium
sanctorum esset receptus, incepit esse

a/met. c.